

dimus etiam tibi et successoribus tuis et monasterio tuo de Flore libere et absque ulla exactione posse cavare et percipere meneram ferri per omnes meneras Calabriae. Si vero infra tenimenta eiusdem monasterii Floris menara ferri poterit inveniri, ipsam meneram ferri tibi tuisque successoribus et monasterio tuo concedimus et donamus libere et absque ulla exactione possidendam perpetuo et habendam ad opus et comodum praefati monasterii tui. Insuper concedimus et donamus in perpetuum tibi et successoribus et monasterio tuo de Flore terram laboratoriam ad duas salmatas in tenimento Acherentee^{c)} prope grangiam, quam habetis in loco, qui dicitur Albe. Praeterea concedimus tibi et monasterio tuo de Flore posse hedificare molendinum et fullam in tenimento Acherentee in propria terra monasterii Floris et hedificata libere possidere et habere in perpetuum. Si quis vero contra huius privilegii tenorem venire attentaverit et aliquid de praedictis possessionibus^{a)} et rebus monasterii Floris auferre presumpserit et id, quod ablatum fuerit, absque dilatione et diminutione aliqua restituat et pro contemptu mandati nostri penam sustineat^{a)} transgressoris. Ad huius autem concessionis et confirmationis nostre memoriam et robur omni tempore valitutum praesens privilegium per manus Benedicti notarii et^{d)} fidelis nostri^{d)} scribi et maiestatis nostre sigillo iussimus roborari, anno, mense et indictione subscriptis.

Data in civitate Messanae, anno dominicae incarnationis millesimo ducentesimo decimo, mense madii, tertiae decime indictionis, regni vero domini nostri Frederici dei gratia illustrissimi regis Siciliae, ducatus Apuliae et principatus Capuae anno duodecimo, feliciter amen.

IV.

König Friedrich bestätigt dem Abt Matthäus und dem Kloster S. Giovanni in Fiore namentlich genannte Besitzungen und Rechte, die dem Kloster zuvor durch Graf Stephan von Crotone übertragen worden waren.

1210 August, Messina

Matera, Biblioteca Provinciale, Ms. 21/II (Venusio II), fol. 27^r–28^r (M).

Druck: –

Regesten: Baraut, S. 248 Nr. 12; BZ 117 (ohne Monats- und Ortsangabe).

III. c) ch aus d verb M

d) et - nostri am Rand nachgetragen M.